eos a blasphemia ista retrahere per hoc quod testimonium dat christo quod sit deus et deus in eo et ipse
in filio. Si enim hoc testimonium accepissent sine dubio eum non blasphemassent. Ista
ostenduntur [illegible] cum blasphemia est deum considerare et potestatem formidare etiam
si non appareat. Sed primum latus [illegible]. Mirificavit deus Christum suum
multipliciter. Primo sic .i. miracula facere fecit et sic iudeos reverberat qui hoc
negabant a deo esse. Secundo quod eius conversatio contraria fuit toti mundo. Ut
sic fugeret quod totus mundus maxime querit. Quereret quod maxime mundus fugit. Sic enim
primo [illegible] mundi stultitiam fecit, factus ipse stultus mundo. Deinde infirma (i. pauperes
et penosos) elegit ut confunderet fortia (i. divitias et potentes). Sic ignobilia et ea que
non sunt, paupertatem, contemptum, [illegible], mortem, et ideo totum contrarium et prudentia
carnis et mundi. Sic enim [illegible] est tempore dum [illegible] (meo) mirabile in oculis
hic enim miratur mundus et caro, amari et [illegible] et Iudei, qui in hoc nimium
scandalizati ceciderunt in blasphemias. Que maxime talia et [illegible] legem putant [illegible]
Non enim est quod carnalis blasphemet spiritualia, que sola reputat bona sensualia. Sicut
infra sequitur. Multi dicunt quis ostendit nobis bona. Tercio superexcellenter eum
mirificavit. Quia deum ipse fecit qui solus est admirabilis et auctor mirabilium.
Hec enim mirificatio est magna quod idem sit deus et homo, mortalis et vivus, mortalis
et immortalis, et sic omnis contradictio hic conciliatur in Christo. Ubi illi Iudei irra-
bat blasphemantes. Quia Christum ut [illegible] hominem non mirificatum voluerunt accipere. Quia
de aliquo non amplius sperant quam videre in eo sed hunc nullus appetit mirabilis.
Sed et nunc quam multi sunt blasphemi in fratres suos et sanctos. Qui enim suum
mediatum vel deum ponunt. Quamvis bona videant et audiant in proximo non tamen
hoc a deo esse credunt. Sed hypocritam appellant et simulare eum ipsum fingunt dicentes
ipse scire quis et qualis sit. Et ita in faciem blasphemant iustitiam eius. Iudicant
et condemnant eum, aut saltem adeo parvipendunt eius iustitiam et bonitatem eius
iudicant. Dicentes: Nos scimus quia hic homo peccator est, et non est a deo. Ideo
et illis obicit scriptura ut sciant quia deus mirificavit sanctum suum, sed in oculis ipsorum
et ipsis aliter est quam ipsi sentiunt et illudunt super temeritate propria. Quod sic in Christo mirificavit
deus. Ita iustitia et gratia dei occulta est in proximo, ideo offendunt qui eum iudicant
secundum faciem et spiritus gratie contumeliam faciunt et blasphemiam. Sequitur [illegible]
Quartus versus. Irascimini [illegible] super [illegible] in penis, non [illegible] [illegible] [illegible]
eos. Sed sic sequitur et monet eos ne ultra peccent. Sic manifeste patet ex dicto. Quia
prima monitio fuit ne essent graves corde, que non est observata, addit secundam ne diligerent
vanitatem. Sed et hanc transgressi, addit tertiam ne quererent mendacium. Et tertia quod maxima
fuit, in pluribus verbis addidit cum blasphemia in quam de mendacio per transitum tertie cade-
bant. Iam quarta eos monitione prosequitur: Ne irascantur ne feriant. Postquam enim testis
est blasphemantis et omne diabolicum et [illegible] iniquum reputant. Restat eis videre irasci con-
tra eum et querere mortem eius et tollere de terra. Sic enim exercuerunt eos malitia sua
et omnibus [illegible] in eum exercere et omnia mendacia que illum [illegible]. Unde eos
moderatur dicens: Irascimini et nolite peccare. Que dicitis in cor-
dibus vestris et in cubilibus vestris compungimini. Quod si velitis
irasci, irascimini vobis et non huic iusto. Sed ut meum sensum sine timore [illegible]

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn328043192/42